



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri Theologi, Institvtiones Morales

In Qvibus Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1616

26. De pœnis quib. parentum peccata in filios puniuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14007

Isa. 57.
Rhodig.
lib. 11. c.
20. l. 6.
Antiq.

tur, ut communium tempore accerbit, rem etiam dant: A facio enim malitia, inquit Propheta: correptus est in suis, quod fit, ne eorum aut virtus, aut salus perire liceret; vel ne tristissimis temporibus ex populo in quorum amicumque calamitatis & malis acerbius nos luctus sentiant. Illud etiam est maxime notandum, filiorum peccata in parentes diuina vindicta, aliquando ad posteritas derivati prava quadam imitatione, & exemplo. Quidam se excusabat quod patrem verberasset: Quia ipse, inquit, patrem quoque suum verberavit, & ille viros suum: quin & filium ostendens, & hic ait, ubi in virum eius erit, me quoque flagris cederet: hoc enim nobis gentile est. Quidam alius raptabatur a filio, cumque ad ianuam perductus foret; Desine, inquit, fili, nam ego patrem hinc usque raptaui.

CAP. XXVI.

De penis, quibus parentum peccata in filios puniuntur.

PRIMO quaeritur, quam poenam iuris incutiant parentes, qui filios exponunt ab alio nutriendos? Respondeo, in c. si a patre, de infans. & languidus expositus, dicitur: si a patre sine ab alio, sciente ipso, aut ratum habente, & relegato pietatis officio infans expositus fuerit, hoc ipso a potestate patria sui liberatus: quod & de praedictis curat, unquam ex actis languidus, si expositus fuerit, vel si alio eorum alimenta impie denegari contigerit, dicendum est.

In l. si inuito, C. de infantib. exposit. habetur: si inuito, vel ignorante se, partus ancilla, vel adscripticia tua expositus sit, repetere eum non prohiberis; sed si inuito eius, si non a sure vendicaueris, ita fiet, ut si qua in alendo eo, vel forte ad discedendum officium iuste consumpta fuerint, restituas. Et in l. sequente, v. nusquisquis habetur: unusquisque solus enim suam nutrivit; quod si exponendam putaverit, animadversum, quae constituta est, subiacebit: sed nec dominus, vel patronus repetendi aditum relinquimus, si ab ipsi expositus quodammodo ad a. oriam, voluntas misericordia amica collegit. Nec enim suum quis dicere poterit, quem pereuntem contempsit.

Hic licet intelligere, infantem expositum a patre, vel ab alio, eo sciente, vel ratum postea habente, aetia potestate solui, & sui iuris effici, & ibi acquirere idem iuris est, si filius male valens & languidus cu. usumque aetatis expositus fuerit, idem etiam in filio languenti pater alimta subtraxerit, vel denegaverit. Porro is qui expositum aluerit, nullum ius in ipsum acquirit.

Sed quaestio est, an ea Constit. Pontif. generatim locum habeat in filis sine bene valentibus, siue languentibus, cum ait: si pater alimenta denegaverit, patria potestate filium solui. Goffredus teste Abbate, sentit v. uerfe locum habere, sed Innocentius, Hostiensis, Ioan. Andr. & Abbas probabilius censent eam Constit. tantummodo esse intelligendam de filiis languidis, quibus pater alimenta denegat, nam poenam benignius & mitius interpretari debemus. Deinde, quia in his duplici ex capite pietas in filios violatur; tum quod filiis alimenta denegantur; tum quod male valentibus & languentibus, quod est deestabilis. Si secundo quaeras, quis appellatione infantis intelligatur? Respondeo, ex c. litteris, de spons. in pub. In fanctis aetas vocatur vsque ad septennium; infans igitur vocatur puer, donec septimum aetatis annum excesserit. Tertio quaeras, quas impensas repetere queat, qui infantem expositum enutrit? Glossa in c. ult. dist. 87. opinatur solummodo eas repeti iure posse, quae factae sunt in erudiendo, & docendo puero, non quae factae sunt in eo alendo, quia alimenta pietatis gratia sunt ei data, at quae pietatis causa erogantur in aliquem, minime repetuntur, ut colligitur ex c. sacrorum, 12. q. 2. l. alius. C. de negot. Sic etiam sentit Io. Andr. Quae opinio robur accipit ex eo quod habetur in l. patrem, C. de nupt. Patrem, qui filiam exposuit, hanc nunc adultam sumptibus, & labore suo factam, matrimonio coniungi filio tuo desideratis, fauere voto conuenit. Qui si reni-

tatur, alimentorum solutioni in hoc solummodo casu parere debet. Sed huic sententiae obstat, quod dicitur in l. si inuito, C. de infant. exposit. si inuito, vel ignorante se, partus ancilla, vel adscripticia tua expositus sit, restituitur eius ita fiet, ut si qua in alendo eo, vel forte ad discedendum officium iuste consumpta fuerint, restituas. Et quia inuis haec lex tantummodo id decernat in seruo, vel liberto exposito; locum tamen habet etiam in filio exposito. Quare verius est, quod tradit Abbas; si alimenta datae sint ab eo qui dare debebat, ea iure non repeti, siue proteftatus sit se ea repetiturum, siue secus; Vt si Episcopus inf. nem expositum aluerit, vel si nutritus fuerit tanquam pauper ex communibus alieuius Ecclesiae bonis, vel si nutritus fuerit in aliquo publico loco causa communis misericordiae & pietatis extracto, nisi, ut dixi, hoc eodem lib. cap. 5. q. 7. is locus sit fundatus solum ad alendos eos, qui egent; tunc enim parentes si non egent, compensare debent impensas factas in eo loco ad alendum filium eorum. Et hoc modo intelligitur, quod habetur in cap. sacrorum, 12. quest. 2. & in l. Alimenta, C. de negotiis gestis. Quod si datae sint alimenta ab aliquo generis propinquitate conuncto; tunc verisimiliter creditur pietatis gratia data fuisse, ac proinde is qui dedit, iure non repetit, nisi fuerit proteftatus velle se eam rem recuperare. Et hoc modo intelligitur quod habetur in l. Nefes, ff. de negot. gest. Si tamen extraneus alimenta praebuerit, tunc aut proteftatus esse velle se petere, aut secus si primum, iure repetit, si secundum, tunc coniectaris res definiti debet. Nam si sit diues, potens, liber alius, pius, is iure non repetit, nisi in casu de quo habetur in l. Patrem supra citata: & in hunc sensum intelligitur Glossa dist. 87. cap. ult.

Secundo quaeritur, an peccent parentes, qui filios exponunt? Respondeo, certi & explorati iuris esse, eos peccare, si filios nutrire & alere commode possunt. Vnde in l. necare, ff. de liberis agnoscent. dicitur: Necare videtur non tantum is qui partum profocet, sed & is qui abiicit, & alimoniam denegat, & is qui publicis locis misericordiae causa exponit, quam ipse non habet. Et in cap. si expositus, dist. 87. in sinuati videtur, cum vt homicidam Ecclesiastica dilictione damnandum, qui post certum tempus, expositum infantem non agnoscit. In l. 2. C. de infant. exposit. dicitur: suum dicere non potest, quem pereuntem contempsit. Haec autem omnia locum habent in parentibus, qui per se, vel per alios, filios nutrire commode possunt. Quod si pra. inopia, vel egestate filios alere nequeant, aut sine dedecore & ignominia, curent: saltem, ut illi in hospitali aliqua domo ad id pietatis officium extracta educantur. Sic enim de seruo etiam decernitur in l. 1. C. de Latina liber. tollenda §. sed scimus: Si dominus seruum suum agritudine periclitantem habet, eum quem neque ipse curare possit, neque alteri commendare, in Xenodochium eum mittat, vel quo poterit modo adiuuet.

Tertio quaeritur, quam poenam contrahant parentes, quorum opera fit abortus? Adnotandum est, abortum esse, cum partus nondum maturus eiecitur: nam ideo dicitur abortus, quia non tempestiue oritur. Partus vero immaturus eiecitur, vel postquam est anima, & vita praeditus, vel nondum vite compos. Si primum, tunc caedes est hominis, si secundum; licet non sit caedes hominis, impeditur tamen vita hominis. Abortus tam iure civili, quam Canonico tanquam nefarius damnatur, vnde in Concilio Illerdensi Can. 2. dicitur: His qui abortum faciunt, vel natos suos extinguunt, post septem annorum curricula communito tribuantur. Et in sexta Synodo generali Constantinop. Can. 9. habetur: Quae pharmaca procurant abortum suocentia, & quae venena suscipiunt partus perimentia, poena occisoris accipiuntur. In l. Necare, ff. de liber. agnoscent. Necare videtur non tantum is, qui partum profocet, sed & is qui abiicit. In l. Cicero, ff. de pen. dicitur: Cicero in oratione pro Aul. Clientio habita scripsit, Miliam quandam mulierem, cum esset in Afer, quod ab hereditibus secundis accepta pecunia, partum ipsa medicamenti sibi abegisset, vel capitalis esse damnatam. Sic ibi in l. si mulierem, ff. ad l. Cornelianam, de sicariis: Si mulierem visceribus suis viti in-

in dist.

tuisti, quo partum suam abigeret, confiteri, eam in exilium Præf. Provincie exire. In l. si quis aliquis, ff. de pœnis statutum: Qui abortionis, aut amatorium poculum dant, et si dolo non faciunt, tamen quia mali exempli res est, humiliores in metallum damnantur, honestiores in insulam amissa parte bonorum relegantur. Quod si eo mulier, aut homo perierit, summo supplicio afficiantur. Item in l. diuus, ff. de extraordinariis criminibus ex rescripto Severi, & Antonini Imperatorum, Mulier quæ data opera partum abegerit, à Præsido in temporale exilium datur.

Ex his omnibus videre licet, eum, cuius opera factus anima donatus in visceribus maternis interimitur, capite puniri tanquam homicidam: si factus nondum vitæ particeps salicuius opera eicitur, si is sit vitæ honestæ conditionis, parte bonorum amissa in insulam relegatur: si humilioris & inferioris sit conditionis, in metallum damnatur, tunc si quis aliquid, ff. de abortionis, ff. de pœnis. Si vero pecunia accepta, mulier partum abegerit, pœna capitali puniatur, ut habetur in l. Cicero, ff. de pœnis. Et hæc sunt pœnæ legibus constitutæ, in eos qui abortum faciunt.

Iure Canonico in c. si aliquis, de homic. volunt. habetur: Si aliquis eam in explenda libidine, vel odii meditatione, homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, ut non possit generare, aut concipere, vel nasci soboles, ut homicida tenetur. Huius tamen capituli decretum declaratur magis in c. sic ut ex litterarum, de homicidio: vbi rogatus an Monachus, cuius opera quædam mulier partum abegerat, irregularitatem contraxerit. Respondit, si factus nondum vivebat, irregularitatem non esse, ac proinde sacris operari posse: si vivebat factus eum ab altaris ministerio abstinere oportere. Vnde 32. q. 2. in c. Quod vero, aperte dicitur: Si factus in utero matris animam nondum habebat, mulier quæ partum abiecit suum, aut is qui abortum infert, homicidii pœna Canonica non tenetur: quoniam qui nondum vivit, nec moritur, nec occiditur. Si vero animam habebat, homicidium admittitur, ac proinde Canonica homicidii pœna contrahitur. Nam Moses divina lege sancivit: si quis percussit mulierem in utero habentem, & abortivum fecerit: si formatum fuerit, det animam pro anima: si autem in formatum fuerit, mulctetur pecunia.

Augustinus teste Gratiano in c. Aliquando 32. q. 2. abortum, cui tele facinus appellat. Aliquando, inquit, eo usque pervenit hæc libidinosa crudelitas, vel libido crudelis, ut etiam sterilitatis venena procurerit: & si nihil valuerit, conceptos fetus intra viscera aliquo modo extinguit, aut fundat, volendo suam prolem prius interire quam vivere, aut si in utero vivebat, occidit aut equam nasci protulit. Hæc Augustinus.

Porro faciendum abortum medicamentis aliqui eunt multas de causis. Aliquando, ut suam libidinem explant: Aliquando, quia fetum oderunt; Aliquando, ut partus celeretur, ne scelus prodatur admissum: Aliquando etiam medicamentis coniuges steriles redduntur, ne sobolis procreatione pauperiores fiant. Sixtus V. Constit. edidit, quæ incipit: Effrenatam, contra eos, qui abortum quovis modo faciunt, aut sterilitatis causa potiones dant, vel sumunt: & contra eos, qui ipsis auxilium, consilium, siue consensum præstant: vbi novas pœnas contra huiusmodi flagitium constituit. In primis omnes tam viros quam feminas cuiuscumque status, gradus, conditionis, & ordinis, etiam Clericos seculares, vel alicuius ordinis Regulares cuius, cumque dignitatis, & præminentie Ecclesiastica vel mundana, qui in posterum per se, aut interpositas personas fetus immaturi tam animati, quam etiam inanimati, formati, vel informis ejectionem procuraverint, percussoribus, oneribus, laboribusque mulieri pregnantis imposuit. Ac alius etiam incogitavit, vel maxime exquisitis rationibus ita ut ve ipsa abortus inde secutus fuerit; ac etiam pregnantis ipsas mulieres, quæ scienter præmissa fecerint, pœnas tam divino, quam humano iure, ac tam per Canonicas sanctiones, vel Apostolicas. Constit. quam civilia iura adversus eos homicidam, qui homicidium voluntarium actum, vel res ipsa patrauerint, imposuit eo ipso incurrant statim: easque pœnas, leges & constit. ad causas præfatas extendimus: Clericos omni privilegio Clericali, officii, dignitatis, & benefic. Eccles. ipso fa-

cto priuamus, & in futurum inhabiles ad ea suscipienda decernimus. Adeo, ut qui hoc delictum commiserint, non secus atque ii qui sua voluntate homicidium perpetraverint, etiamsi crimen occultum fuerit, nec in Iudicio probatum, nec aliaratione publicum, ad sacros ordines promovendi, aut in susceptis ordinibus ministrare, nullo modo possint: nec illis ecclesiastic. benefic. etiam simplicitate conferri liceat. Et illos qui Clerici non fuerint, & talia pertraverint, non solum pœnas supra narratas incurrere, sed etiam inhabiles ad ordines, & alia prædicta decernimus. Et volumus, ut Ecclesiastici qui deliquerint si deprehensi fuerint, per Iudic. Ecclesiastic. & de gradat. curia seculari tradantur, puniendi pœnis iure civili contra laicos, vel homicidas constitutis. Eisdem pœnis teneri statuimus eos, qui sterilitatis potiones, ac venena mulieribus propinaverint, & quo minus factum concipiant, impedimentum præstiterint, ac ea facienda curaverint si us quocumque modo in his consulerint: ac mulieres ipsas quæ eandem pocula scienser, & sponse sumserint. Item statuit, ut Iudi. ordi. siue Eccles. siue seculares, inter quos vult præventionis locum esse contra quoscunque, nedum per accusationem, sed etiam per inquisitionem, & simplicem denunciationem super præmissis delictis procedant: & testes alioqui iure inhabiles, suo arbitrio recipiant, & reos pœnis supra expressis afficiant. Postremo constituit, ut prædicti, tam viri, quam feminae, qui se prædictis sceleribus obstrinxerint, & eorum socii, fautores, consultores ipso facto in excommunicationem incurrant: à qua absolvi nequeant, nisi in mortis articulo per alium, quam per Romanum Pontificem: nec irregularitas contracta, ab alio tolli queat, nisi à Romano Pontifice. Hæc in illa constitutione.

Sed Gregorius XIV. eam constitutionem temperavit alia edita, cuius initium est: Sedes Apostolica, qua decernit vbi de homicidio, & animato fetu agitur, pœnas non alias duriores, & seueriores contrahi, nisi quæ per sacros Canones, & leges profanas sunt inflictæ. Et quod pertinet ad excommunicationem contra personas in constitutione Sixti V. expressas latam, tam quæ post constitutionem ipsius Sixti deliquerunt, quam quæ in posterum deliquerint, quilibet Presbyter, tam secularis, quam cuiusvis ordinis regularis ad Christi fidelium confessiones audiendas per loci ordinariū approbatus, si fuerit ad hoc deputatus, nimirum ad absoluendum à tali excommunicatione contracta ex abortu, plenam & liberam in foro conscientie, tantum absolviendi habeat facultatem, eandem profus, quam idem Sixtus prædecessor sibi, ac suis successoribus reservavit.

Quod vero attinet ad pœnas procurantium abortum factus inanimis, aut exhibentium mulieribus, vel fumentium venena sterilitatis, aut quocumque modo auxilium, vel consilium eis dantium, in prædicta constitutione Sixti contentas, ipsam constitutionem præfata, in ea parte, vbi de his agit, ad terminos iuris communis, ac sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini dispositionem, tam in præteritis, quam in futuris reducit. Et quod ad reliqua omnia pertinet, præter hic expressa in suo robore firma permanere vult. Hæc Gregorius XIV.

Quarto quaeritur, An ad euitandam infamiam feminae, & offensionem aliorum, liceat aliquando vti remedio ne fetus concipiatur? Quidam senserunt id licitum esse, quando probabiliter creditur magna oritura infamia, aut magna aliorum offensio: vti potest in monialis femina concipiatur post nefarium, & sacrilegum concubitum, aut ne puella illustri, vel honesto genere nata, in domo parentum grauida fiat. Ad quod quidem illi affueverunt, vico argumento mouentur, quod nimirum fetus nondum sit animatus: ergo ob ignominiam, & dedecus euitandum, fas est sterilitatis remedium adhibere. At enim dubitari nequit peccatum esse huiusmodi sterilitatis remedium: sic enim naturæ cursus, & ordo impeditur: nec sunt, ut ait Apostolus Paulus, faciendæ mala, ut veniant bona: & femina sibi impuret, quæ sponte sua, & voluntate peccauit.

Quinto

Quinto quaeritur, An medico liceat foeminae praegnantis, cuius salus, & vita periclitatur, medicamentum praebere, quo partum abigat, & sic salva fiat? Vno ore docent omnes id medico liberum non esse, si foetus iam viuit: nec enim est matris saluti, & vitae remedium, adhibendum, cum tanto foetus iam animati detrimento: nec ut vnum saluum efficias, alterum perimere licite potes.

Sed quaestio est, an quando foetus nondum viuit, liceat huiusmodi medicamentum matri subministrare. B. Antonin. p. 3. tit. 7. cap. 2. § 2. Syluest. verb. Medicus q. 4. Armil. verbo abortus, num. 2. Nauar. in Manuali. cap. 25. num. 62. vers. Quarto peccat. Ioann. Neapolitanum secuti, censent, tunc licitum esse huiusmodi remedium, quando certum est foetum nondum viuere: secus vero si dubitetur, viuere nec ne foetus, eo quod medicamento matris vitae, & saluti consulitur, quae alioqui cum esset peritura, foetui quoque perniciem afferret. Deinde quia medicamento nequaquam vitur medicus, ut fiat abortus, hoc enim nefas esset, sed ut matri periclitanti medeatur, vult enim medicus matris vitam seruare: & quamuis ex accidenti foetus qui nondum est animatus efficiatur, non tamen extinguitur, cum nondum viuat.

Mihi tamen videtur in primis: si remedium quo medicus vitur, medicamentum est institutum ad salutem matris, non autem quod sit per se causa abortus, tunc licet medico id remedium adhibere, si certo constiterit, nondum vitam foetum habere: & hoc conueniunt argumenta Doctorum paulo ante posita: Si vero medicamentum est per se causa abortionis, hoc est, quod vi & natura sua abortum facit, fas non est medico id praegnantis foeminae praebere, etiam ad salutem ipsius, quoniam non sunt facienda mala, ut inde veniant bona, at per se malum est abortum facere: ergo & id praebere, quod vi & natura sua abortum facit. Sic Cordub. in suis quaestionibus lib. 1. q. 38. dub. 3.

Sexto quaeritur, An liceat medico foeminae praegnantis venam scindere ad sanguinis emissionem, vt salva sit, quamuis foetus vtero inclusus probabile mortis periculum incurrat? Duae sunt opiniones. Vna docet, quamdiu foetus non viuit, licitum esse medico vti eo remedio ad matris salutem; quando vero foetus viuit, id minime turba conscientia medicum facere posse: quoniam non est matri subueniendum, cum pernicie, & interitu foetus: sicut non licet tibi vitam fugiendo tueri, cum interitu alterius.

Alter opinio, quam habet Cordub. lib. 1. q. 38. dub. 3. vniuersae tradit liberum esse medico vena scissa sanguinem matri elicere praegnantis; quod nimirum hoc nihil aliud sit nisi matris salutem, & vitam tueri: & sanguinis emissio, vi & natura sua abortum non facit, quamuis nonnquam foetus salus, & vita periclitetur ob sanguinem matri subtractum nec eo remedio vitur medicus ad exitum foetus, sed ad matris salutem. Deinde iure dubitari non potest, quin ipsi matri periclitanti liceat sumere medicamentum sibi salutare, quamuis cum probabili periculo foetus: fas enim est matri fugam arripere, vt se ipsam seruet ab hostibus, a feris, vt a tauro, leone, & a furioso homine in eam irruenti, vel ab igne, & incendio, quamuis ex fuga probabile foetui periculum creetur: ergo etiam licet medico id consilium matri dare, ac proinde id quoque remedium praebere.

CAP. XXVII.

De legitima portione, quam parentes filiis debent.

PRIMO quaeritur quidnam legitimae portiois nomine leges & iura intelligant? Respondeo, certam hereditatis partem aliquibus lege decretam, ac debitam, quam essent habituri si ab intestato succederent: cum enim nec omnia bona hereditario iure, testator in alterum transmittere, nec denegare possit, lex constituit, vt certis, & definita hereditatis portio in legitimos heredes testamen-

to transferret. Vnde dicta est legitima, eo quod secundum leges alimentorum vice subiogatur. Inst. de inoffic. testam. § igitur quartam. Abb. Et alii in cap. Raynuitius de testam.

Secundo quaeritur, Quotuplex sit portio legitima; quae hereditibus iure debeatur? Respondeo, esse triplicem: quantum vna communi nomine vocatur legitima, altera, Falcidia, quia de ea legem tulit Falcidius Trib. plebis: tertia dicitur Trebellianica, eo quod lege lata ea instituit Senatus Romanus, Trebellio Maximo, & Annæo Seneca, Coll. Legitima debetur filiis, qui sine causa ab hereditate excludi nequeunt; quibus mortuis, debetur nepotibus ex eis legitime natis: & haec nec per fideicommissa adimi potest: detrahiturque ex bonis parentum, deducto aere alieno, & funeris impensa: vt habetur in l. Papinianus § quarta, ff. de inoffic. test. Falcidia debetur heredi iure institutionis, & est quarta pars totius hereditatis, quam institutus haeres detrahit, & retinet sibi ex singulis legatis, nisi ad alias causas relicta sit. Authen. similiter. C. ad Falcid. Trebellianica, est quarta pars totius hereditatis, quam sibi retinet institutus haeres, ea conditione, vt si decedat sine liberis, alteri eam hereditatem restituar. Inst. de fideicommiss. haeres § sed quarta.

Tertio quaeritur, quanta sit hereditatis portio, quam parentes filiis dare communi lege, & iure cogantur? Olim apud Romanos lege 12. Tabularum parentes, suorum bonorum quartam tantum partem suis filiis debebant, l. Papinianus, § Quoniam, Et § Quarta. De inoffic. testam. Et l. Parentibus Et l. Cum quaeritur. C. de inoffic. testam. Sed post ea legibus constitutum est, vt amplior, & maior filiis legitima deberetur: vt pote si quatuor, aut pauciores filii sint, eis debetur tanquam legitima portio, triens, id est, tertia pars hereditatis, ex aequo inter filios diuidenda: si quinque, aut plures filii sint, eis debent partes semissem, hoc est, dimidiam partem bonorum inter eos ex aequo facta diuisione. l. Nouissima, Et l. Si pater, C. de inoffic. testam. Authen. De triente Et semisse. § Hac nos, collat. 3. constit. 5. quae lex nunc temporis communi iure seruatur, nisi quod pro varietate prouinciarum, & locorum, Regum ac Principum legibus, & statutis ciuitatum vel populorum, maior, minorue legitima filiis debita decretatur. Nam exempli gratia in Portugalliae Regno, filiis tanquam legitimam portionem parentes debent duas suorum bonorum partes ex aequo inter ipsos filios diuidendas: ac proinde pater solum de tertia bonorum parte potest libere statuere. In Castellae Regno legitima portio filiorum, sunt quatuor partes totius hereditatis paternae, ita vt tantummodo quintam partem possit pater, & mater legitimis filiis habens cuique etiam ex aequo libere dare, aut testamento legare: & in multis aliis prouinciis & locis vel est amplior, & maior, aut restrictior, & minor.

Quarto quaeritur, quid iuris habeat filius in legitimam portionem viuente patre? Respondeo, eum habere ius non in re, sed ad rem: dum enim pater viuit, plenum habet suorum bonorum dominium, nec legitimam filio dare nisi in morte, scripto iure compellitur: quare parentibus adhuc viuus legitima filii debita crescere, ac detelcere potest: quoniam parentes donec vixerint, lucrifacere, & perdere queunt & in eorum obitu maior minorue erit legitima filiorum portio, pro maiori minorue hereditate, quae tunc in filios testamento transmittitur alieno aere deducto, & funeris impensa, & seruis libertate donatis, l. Papinianus § Quarta, ff. de inoff. testam.

Quinto quaeritur, Quo iure, naturaline an scripto, parentes filiis debeant legitimam portionem? Respondeo, cum Abbate. Et alii in cap. Raynuitius de testam. iure naturali debere. Nam quod pertinet ad necessaria vitae alimenta, parentes filiis ea naturali iure debent: at his exceptis alimentis, parentes debent filiis legitimam portionem scripto iure, quod ex aequo, & bono, hoc est, ex pietate, & charitate parentum in filios descendit.

Sexto quaeritur, An legitima portio filiorum possit iure, vel ex toto adimi, vel ex parte diminui consuetudine,

statuto,